

rar in dilectione Dei quam in dilectione proximi.

Præterea. Quod est difficilius, videtur esse magis meritorium. Sed diligere Deum videtur difficilius quam diligere proximum: dicitur enim I. Joan. IV. 20. (1) *Qui proximum quem videt, non diligit, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* Ergo dilectio Dei est magis meritoria quam dilectio proximi.

## SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod dilectio Dei est causa, & ratio dilectionis proximi: unde dilectio Dei includitur virtute in dilectione proximi sicut causa in effectu, & dilectio proximi includitur in dilectione Dei sicut effectus in causa potestate. Nihilominus tamen alius est motus dilectionis qui terminatur in proximum, & qui sistit in Deo, sicut alius actus est quo considerantur principia, & conclusiones, quamvis prædicto modo mutuo se includant. Comparando ergo hos duos motus ex duabus partibus, ut supra dictum est, invenimus dilectionem Dei potiorrem quam dilectionem proximi, scilicet & quantum ad objectum, quod est competentiùs dilectioni, & quantum ad voluntatem, quæ intensius, & promptius afficitur in Deum quam in proximum: & ideo motus dilectionis in Deum est melior, & magis meritorius quam motus dilectionis in proximum, nisi dilectio proximi procedat ex maiore dilectione Dei, quam sit dilectio quæ fertur in Deum immediate in aliquo actu: quod quidem aliquando contingit, sed non semper: quia minima dilectio charitatis in Deum sufficit ut extendat affectum in proximum.

Ad primum ergo dicendum, quod illa quæ sunt pure naturalia, non sunt meritoria, sed illa quæ procedunt ex natura perfecta charitate, & gratia, sunt meritoria: nec natura rationem meriti diminuit, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod supposito quod actus activæ vitæ sit magis meritorius quam actus contemplativæ, quod forte non est verum, ut infra dist. xxxv. quæst. 1. art. 4. quæstiunc. 2. dicitur, non oportet quod dilectio proximi sit magis meritoria quam dilectio Dei: quia dilectio Dei est principium eorum quæ ad utramque vitam pertinent, ut dictum est. Vel aliter dicendum, quod dilectio Dei, & proximi, quantum ad actum interiorem, pertinet ad vitam contemplativam: unde Gregorius dicit super Ezech. homil. xiv. quod contemplativa vita insistit dilectioni Dei, & proximi: sed quantum ad actus exteriores utraque ad vitam activam pertinet; quamvis hujusmodi actus in proximos extendatur, quia Deus operum nostrorum non eget.

Ad tertium dicendum, quod dilectio inimici non erat magis meritoria, nisi in quantum procedebat ex fortiori virtute; quæ fortitudo attendebatur secundum quod voluntas intensius Deo adhærebat: unde non sequitur quod dilectio proximi sit magis meritoria, nisi magis etiam Deus diligeretur.

Ad quartum dicendum, quod dilectio proximi præsupponit dilectionem Dei, non sicut perfectius minus perfectum, sicut erat in aliis gradibus, sed sicut effectus causam: & ideo ratio non sequitur.

Ad quintum dicendum, quod ille conatus voluntatis non est nisi ex hoc quod vehementius ad Deum afficitur, ut dictum est prius: quia nullus conatur ad aliquid, nisi secundum desiderium finis.

(1) Vulgata: *Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum etc.*

Hoc autem quod in contrarium objicitur, quod diligere Deum est difficilius, intelligendum est non de dilectione naturali, qua omnia ipsum amant, sed de dilectione gratuita: Et hæc etiam dicitur difficilius, non quasi laboriosior, cum sit dulcior, sed quia magis vires naturæ excedit, quia est in altius objectum.

## ARTICULUS V.

*Utrum meritum consistat principaliter in charitate.*

1. 2. quæst. cxiv. art. 4.

1. **A**D quintum sic proceditur. Videtur quod meritum non consistat in charitate principaliter. Gratia enim dicitur esse principium merendi. Sed charitas non est idem quod gratia. Ergo non consistit meritum principaliter penes charitatem.

2. Præterea. Actus est meritorius per ordinem ad finem, sicut & laudabilis. Sed cujuslibet virtutis est facere actum laudabilem. Ergo & facere actum meritorium; & ita videtur quod meritum non consistat penes charitatem.

3. Præterea. Nullus meretur nisi justificatus. Sed fidei est justificare, ut patet Rom. v. Ergo apud ipsam præcipue est virtus meritoria.

4. Præterea. Illud quod facit ad diminutionem meriti, non videtur esse radix merendi. Sed charitas facit diminutionem meriti, quia facit omnia facilia non solum in quantum est habitus, sed etiam in quantum est amor, ut ex prædictis patet. Cum ergo difficultas faciat ad meritum, videtur quod charitas non sit radix merendi.

5. Præterea. Si charitas esset radix merendi, ubicumque esset æqualis charitas, esset æquale meritum. Sed aliquando aliquis habens parvam charitatem, facit aliquem actum in quo magis meretur quam ille qui habet magnam charitatem in aliquo parvo actu quem facit. Ergo charitas non est radix merendi.

Sed contra. Illud videtur esse radix merendi sine quo nullum meritum valet. Sed charitas est hujusmodi, ut patet I. Corinth. xiii. Ergo charitas est radix merendi.

Præterea. Illud videtur esse radix merendi quod opponitur omni demerito. Sed charitas est hujusmodi. Ergo ipsa est radix merendi.

Præterea. Ex hoc meretur quod Deo conjungimur. Sed hoc facit charitas. Ergo ipsa est radix merendi.

## SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dist. xviii. art. 2. dictum est, meritum proprie dicitur quod aliquis exhibet ad hoc quod faciat aliquid suum, quod est præmium meriti. Unde ad meritum requiruntur duo principaliter. Unum est quod sit exhibitum, & non extortum. Et quia nihil potest exhiberi, nisi quod in potestate exhibitus est, ideo requiritur quod sit voluntarium, quia voluntas facit nos esse dominos nostrorum actuum. Aliud requiritur ut hoc quod exhibetur, sit sufficiens ad faciendum suum illud quod exhibetur. Et ex utraque parte principaliter merendi est ex charitate. Ipsa enim est in voluntate, sicut in subjecto, ipsam perficiens quantum ad primum actum ejus, & principalem: & iterum

rum cum sit amor Dei, facit amatum ipsum, quod est primum, esse suum, in quantum unit ei: & ideo principaliter meriti est in charitate, in aliis autem secundum quod charitate informantur.

Ad primum ergo dicendum, quod gratia facit meritum sicut principium remotum constituens nos in esse spirituali, sine quo non possumus mereri aliquid spirituale; sed charitas est sicut principium proximum.

Ad secundum dicendum, quod fides non justificat, nisi per charitatem sit formata. Ideo autem specialiter fidei attribuitur justificatio, quia primum in quo distinguitur justus ab injusto, est actus fidei, sicut primum in quo distinguitur vivum a non vivo, est actus nutritivæ potentie: & ideo dicitur vivere secundum illam potentiam, & sentire secundum tactum, qui est primum sensuum, ut dicitur II. de Anima text. xiv.

Ad tertium dicendum, quod actus aliarum virtutum non sunt meritorii, nisi in quantum sunt informati charitate; sicut nec actus virtutum sunt laudabiles, nisi in quantum sunt voluntarii.

Ad quartum dicendum, quod difficultas non facit ad meritum, nisi forte dimissionis poenæ per modum cujusdam commutationis; sed ad meritum quod ordinatur ad consecutionem boni, ad quod proprie ordinem habet, non facit, nisi secundum quod exigitur major conatus, qui est secundum majorem inclinationem voluntatis in illud. Et quia habitus, & amor ex hoc faciunt facilitatem, quia faciunt majorem

rem inclinationem voluntatis; ideo talis facilitas non diminuit rationem meriti.

Ad quintum dicendum, quod habitus virtutum quamvis inclinent voluntatem, tamen non cogunt; & ideo potest esse quod habitum majorem habens, quandoque minorem intensionem inducit in actu, sicut etiam quandoque nullam: & tunc actus ex majori charitate procedens minus intensus, est magis meritorius respectu præmii accidentalis, quod respicit ipsum actum, sed minus respectu præmii essentialis, quod respicit capacitatem, quæ est ex habitu charitatis.

## EXPOSITIO TEXTUS.

**A** Nunus, & idem motus sit erga amicum, & inimicum. Hoc est impossibile, nisi unus propter alterum diligatur, & actuali consideratione referatur in illud.

*Erga amicum ferventior.* Hoc intelligendum respectu ipsius objecti, sed respectu finis, ille qui habet majorem conatum, in quantum hujusmodi, est ferventior.

*Cum dicitur in oratione: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Videtur secundum hoc quod quicumque servat rancorem, peccat dicendo hanc orationem. Et dicendum, quod non peccat: quia non dicit eam in persona sua, sed in persona Ecclesiæ: vel si in persona sua, non quantum ad id quod agit, sed quantum ad id ad quod operatur pervenire.

## DISTINCTIO XXXI.

*Si charitas semel habita amittatur.*

**I**llud quoque non est prætereundum quod quidam asserunt, charitatem semel habitam, ab aliquo non posse excidere, nullumque damnandum hanc aliquando habere: qui hanc traditionem subditis muniunt testimonio. Apostolus ait, I. Corinth. xiii. 8. Charitas numquam excidit. Augustinus etiam inquit, (a) epist. ad Julianum Comit., Charitas quæ deseri potest, numquam vera fuit. Item: (b), Charitas est fons proprius, & singularis bonorum, cui non communicat alienus. Alieni sunt omnes qui auditur, sunt: Non novi vos. Matt. vii. 23. De hoc fonte Scriptura ait, Proverb. v. 15. Fons (1) aquæ vivæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi. Si autem alieni sunt qui auditur, sunt illam vocem, non ergo huic fonti communicant damnandi. Item Augustinus super Epistolam Joannis, tract. viii., Rarè dicata est charitas: securus esto, nihil mali procedere potest. Item Gregorius in Moralibus, Lib. XII, cap. x., Valida est ut mors. (2) Virtuti enim mortis dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel ceperit, a dilectione mundi funditus occidit. Item Augustinus super Epistolam Joannis, tract. ii., Unctio invisibilis charitas est, quæ in quocumque fuerit, radix illi erit, quæ ardente sole arescere non potest: nutritur calore solis, non arescit. Item Beda super Joannem (cap. i. ibi), Super quem videris. Quærendum venit, quomodo speciale Filii Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit, & manserit Spiritus. Quid majus est Filio Dei, quod in ipso manere Spiritus astruatur? Notandumque, quod semper in Domino manserit Spiritus, in Sanctis vero, quamdiu mortale corpus gestant, partim semper maneat, partim rediturus secedat. Manet enim apud eos, ut bonis insistant actibus; recedit vero ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, demones ejiciendi, vel etiam propherandi habeant facultatem. Manet ergo semper ut possint habere virtutes, & mirabiliter ipsi vivunt; recedit ad tempus, ut etiam aliis per miraculorum signa quales sint intus effulgeant. Item Gregorius, super Ezech. hom. v., In sanctorum cordibus secundum quasdam virtutes semper permanet Spiritus; secundum quasdam recessurus venit, & venturus recedit. In his virtutibus, sine quibus ad vitam non pervenitur, in electorum suorum cordibus permanet; in his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur, ut in exhibitione miraculorum, aliquando adest, aliquando se subtrahit. Item Ambrosius (Ambrosiaster in II. Corinth. in III. Sent. Tom. III. Vv 2. cap. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

(1) *Juxta Septuaginta Vulgata*, Bibe aquam de cisterna tua, & fluentia putei tui. (2) *Nicolai addit dilectio*, Bx Edit. P. NICOL. (a) Epistola ista ex numero verarum expuncta est ut supposititia, quamvis in veteribus exemplaribus haberetur: estque spurius Liber qui de salutaribus documentis inter ascititia inscribitur, ac recensetur Tom. IV. ubi cap. vii. hæc habentur. Similis tamen sententia ex Hieronymo sumi potest in epistolis. (b) Hæc appendix ex ipsiusmet Augustini concione 1. super Psalm. ciii. colligitur, ad illa verba: *Qui regis aquis superiora ejus.*

